

Quid vocatur „concupiscentia“ in doctrina
ecclesiae?

Concupiscentia, phrasi recepta in ecclesia, significat horrendam deprauatio-
[37:]nem et ἀταξίαν omnium virium in natura hominis post lapsum, vt in men- 5
te est caligo et dubitationes, in voluntate auersio a Deo, esse sine timore, sine fide et dilec-
tione Dei, in corde contumacia, immundicies, prauae inclinationes, e quibus oriuntur incen-
dia malorum affectuum, inuidientia, iniustae flammae, irarum, libidinum, auaritia, menda-
ciorum.

Quis vocatur „proximus“?

Proximus est quilibet homo siue bene siue male meritis sit de nobis. Item 10
siue peregrinus sit siue domesticus vt parabola de Samaritano ostendit.⁵⁷

Quae sunt promissiones et comminationes
additae decalogo?

Summa promissionum et comminationum legalium addita est primo praecep-
to, Exodi 20: „Ego sum dominus Deus tuus, fortis zelotes, visitans iniquita- 15
tem patrum in filios in tertiam et quartam generationem eorum, qui oderunt
me, et faciens misericordiam in multa millia his, qui diligunt me et cu-[38:]
stodiant praecepta mea.“⁵⁸ Sic ^uLeuit. 17^u generalis promissio traditur: „Qui
fecerit haec, viuet in eis.“⁵⁹ Generalis vero comminatio pertinens ad omnia
praecepta est Deut. 27: „Maledictus, qui non permanserit in omnibus, quae 20
scripta sunt in lege.“⁶⁰

Postea speciales tum promissiones tum comminationes de singulis praeceptis multae paßim
extant vt 1. Reg. 2: „Glorificantes me glorificabo, contumntes me erunt ignobiles.“⁶¹ Ie-
rem. 17: „Si sabbatum sanctificabitis, reges et principes intrabunt per has portas. Alioqui
succendam ignem in portis, qui non delebitur.“⁶² Prouer. 30: „Oculum, qui subsannat pat- 25
rem, effodient corui torrentis.“⁶³ Gene. 9: „Qui fuderit humanum sanguinem, fundetur

^{u-u} Leuit. 18: E.

⁵⁷ Vgl. Lk 10,25–37.

⁵⁸ Ex 20,5f.

⁵⁹ Lev 18,5.

⁶⁰ Dtn 27,26.

⁶¹ I Sam 2,30.

⁶² Jer 17,24f. 27.

⁶³ Prov 30,17.